

oppositis siue diuersis qualitatibus, in vna habitudine se habentibus ad duo subiecta vel plura. Si ergo fiat comparatio secundum qualitatem, tunc cōtingit comparare nō quantitatis quidem mensuram, sed potius mēsuram, quę est secundum potētias similitum qualitatum, & secundū proportionem diuersarum qualitātū, verbi gratia, sicut hoc est calidum, ita hoc est album, cum autem hoc dicitur, hoc vt hoc, significamus in qualitate quidem simile, & in quantitate æquale. Si igitur fiat comparatio elementorum, non secundum proportionem, sed secundum mensuram potentiarum, quæ est comparatio in qualitate, sicut in calido aut simili, inconueniens est si hec ponatur immutabilia elementa, verbi gratia, si dicatur quantum est calidus ignis, tantum est calidus aer: quia idem plus calidum, cum sit homogeneus, idest vnus generis, est minus calido, secundum quod ea que habent eandem materiam dicuntur esse vnus generis, & habent se sicut materia ad subiectum, & habebit rationem talem, sicut comparabile in quāto, quæ est ratio vniuoca: ergo & materia est vna: quorum autem materia est vna, sunt adinueniētes transmutabilia. Falsum est ergo quod dicit Empedocleus elementa non transmutātur adinueniētes. Si quis ergo diligenter aduertat, tota virtus istorū verborum est in hoc: quod ea quę comparantur siue primo modo, siue secundo, habent eandem materiam, & talia necessario sunt mutabilia: vt dictum est. Sed videtur quod istud quod dicit Philosophus sit falsum. Constat enim quod quantitas terre & aliorum elementorum est comparabilis quātitate stellarum: & tñ non est eadem materia virtūū, vt dicitur in Duodecimo Meta. Præterea dubitat de alio, non n. omnia comparabilia adinueniētes fm potētiam vel virtutē cōcitant in materia. Ignis enim & Sol, sunt cōparabiles in calefactione fm magis & minus: & tñ non cōcitant in materia, vt dictum est. Ad primum ergo dicendum est fm quosdam, quod non loquitur hic Philosophus de quantitate fm extentionem, sed de quantitate fm substantiam: & hæc significat cum dixit, decem pugillos aeris esse æquales vni pugillo aquę, sunt enim æquales in materia: quia tantum ibi est de materia quantum hic, vnde, cum communicent in materia, necessario adinueniētes transmutantur. talis autē comparatio non est inter elemēta & celestia corpora. Vel dicendum quod hæc comparatio est fm rarum & densum. Nam per hoc variata materia, elementa ad se inueniētes transmutantur, & vocatur hæc comparatio secundum quantitatem: quia rarum & densum non addunt super partes materię qualitatem, quæ essentialiter sit qualitas, sed potest fitum in partibus materię, ad distensionem per maiorem & minorem quantitatem. Ad secundum vero dicendum, quod intelligit Philosophus de his, quę cōparantur fm qualitatem, vel virtutem vniuocam acceptam in vtroque, talis autem non est virtus calefactionis Solis & ignis: & ideo cessat obiectio. Deinde cum dicit,

At vero, neque accretio fuerit secundum Empedoclem, præterquam quæ additione fit, nā igni ignem augeri censet, inquit enim, auget terra quidem propriū genus, æthera quæ; æther, hæc autem adiunguntur apponunturque. At ea quæ incrementa suscipiunt, non ad hunc modum augeri videntur. Longe autem difficilior fuerit eidem de generatione, quæ natura sit, rationem assignasse. Nam omnia, quæ natura gignuntur, aut semper sic aut plerunquæ sunt. Quæ vero non semper aut plerunquæ sunt, à casu et fortuna fieri assolent. Quenam igitur causa est, ut ex homine homo aut semper aut plerunquæ, & è tritico triticū, sed non oliua oriatur? An si ita componatur os, non enim utrimque, quemadmodum inquit ille, sed ratione quadam cœcutibus sit aliquid. Quenam igitur horum causa est, non enim ignis uel terra, causa existit. At vero, neque cō-

A cordia aut discordia, etenim hæc segregationis, illa vero congregationis solum causa est. Hoc autem est, cuiusque essentia, sed non mistio, misforumque: prius dicitur solum, quemadmodum inquit ille. In hisce namque, fortuna nominari solet, non ratio fieri enim potest, ut aliqua ut contingit ac temere misceantur. Itaque sic se habere, eorum que natura constant, causa existit, atque cuiusque natura hæc est, de qua nihil meminit. Nihil ergo de natura dicit. At vero hoc ipsum bonum existit. Porro, ille solum mistionem collaudat. Atqui discordia hanc quaquam miscdit elementa ipsa, que natura Deo priora sunt, sed concordia, diu autem, & hæc quoque, sunt.

Sed neque augmentatio vtiq; erit secundum Empedoclem, nisi secundum adiectionem. Igne autem augetur ignis: auget enim terra propriū genus, æther autem æthera. Hæc autem adiunguntur. videntur autem non sic augeri quæ augetur. Multum autem difficilior est eisdē tradere de generatione secundum naturā. Quę enim generantur secundum naturam aut semper, aut vt multum. Ea autem, quæ præter semper & multum, ab euentu & fortuna. Quę igitur causa, vt ab homine homo, aut semper, aut vt multum, & ex frumento frumentum, sed nō oliua nascatur? Aut si ita componatur os, non enim vt contingit conuenientibus nihil generatur, quemadmodum ille inquit, sed ratione aliqua. Quæ igitur horū causa? non enim ignis aut terra. Sed tamen neque amicitia neque lis, congregationis enim solum illa, hæc autem segregationis causa est. Hæc autem est substantia vniuocū iusque, sed nō solum & mistio & separatio mistiorum, quemadmodum ille inquit, fortuna enim in his nominatur, sed non ratio, est enim misceri vt contingit. Natura igitur entium causa est, ita se habere, & vniuocū iusque natura hæc, de qua nihil dicit. Nihil igitur de natura dicit, sed tamē & bonum est hoc, & optimum. hic autem mistionem solum laudat: etenim & elementa segregat non lis, sed amicitia, quæ natura Deo priora. Diu autem & hæc.

Reprobat prædictam opinionem deducendo ad alia inconuenientia: & sunt duo. Primum est quod hæc opinio tollit augmentum, hoc sic ostendit, quia, si elementa nō transmutantur, tunc oportet quod vniuū addatur alteri, sicut lapidis lapidi: hoc autem est quedam accumulatio, & nō est augmentum, neque fm eos neque fm nos: quia oportet quod id, per quod augmentum fit, transmutetur in augmentum, neque est fm eum, qui dicit, quod illud, quod augetur, augetur solum à suo simili, si ignis augetur igne, & vniuū quodque quod augetur, augetur per aliquod sui generis, sicut æther augetur æthere, talis autē congregatio est eorundem manētium in forma, res autem non sic videntur augeri, vt supra in primo ostensum est. Secundum inconueniens ponit, ibi quod multum autem difficilior. Et est quod hæc opinio tollit generationem, dicens, quod multū est difficilior tradere aliqd de generatione fm naturā, si elemēta non transmutantur adinueniētes. Cum, n. ea quæ generantur fm naturā generent eodē modo semper, aut frequēter, ea autē, quæ præter, multum & semper sunt & raro, sunt ab euentu & fortuna: Et non potest reddi causa, quare semper ex homine generetur hō, et

ANT. Tex. c. 396

Tex. c. 399. Quæ generantur secundum naturam. Quæ ab euentu & fortuna in Secundo Phy. 48.

Tex. c. 400.

Tex. c. 401.

Natura quæ forma est bonū & optimum vniuocū iusque rei.

Deus, i. cœli, Idē S. T. z. cœli sup. tex. z.

hæc est vis rationis Philosphi

Dubiū primum.

Dubiū secundum.

Solutio primæ secundum quod dicitur.

Solutio præterea.

Solutio secundæ.

VATAS.

D

Tex. c. 399.

Tho. de Gen. E in quare